

ut caput et superior ordinis sepe dictum communem errorem et periculosam diversitatem inter eos — ad unitatem reducat, hoc tamen pacto quo reformata monasteria in ducatu nostro sita, prout in literis novissime ad vos datis optavimus, in regulari sua vita salvi illesi et quieti permaneant neque ab ullo non reformato in sue regularis vite relaxationem 5 visitentur —. Datum ex arce nostra Torgensi vigilia visitacionis Marie virginis gloriosissime anno domini 12. LXXXVIII.

256.

Das Predigerkloster nimmt das Nonnenkloster zu Lausnitz in die Gemeinschaft seiner guten Werke auf.
1491 Aug. 1.

- 10 *Hdschr.: Abschr. Landesarchiv Altenburg Copialbuch I. p. 500.*
Ann.: Bernhard muß schon 1489 zwischen Juni 30 und Aug. 22 Prior geworden sein. Sein Vorgänger Adam de Wormacia ward 1488 Aug. 8 Cursor in der theologischen Facultät (Archiv der theol. Fac., Statuta antiqua Collegii theol. fol. 40^b Anno domini 1488 in die sancti Ciriaci ad cursum in theologia assumpti sunt — pater Adam prior ad sanctum Paulum), worauf sich der Posten Stadtrechn. 1488/89 Rubr. Fur geschencke S. 4 bezieht: Sabato post Lamperti (1488, Sept. 20) dem priori zu sandt Paul ad prandium suum geschanckt 11 stubichen Malueßier und 1 stubichen Reynisch wein, faciunt XLVI gr. Als er dann 1489 Juni 30 Sententiarius geworden war (Stat. antiqua fol. 41 Anno domini 1489 in die commemoracionis sancti Pauli ad sentencias legendas assumpti sunt pater Adam prior s. Pauli in Liptzk —), wurde er vom Rath wieder mit einem Geschenk zu seinem Essen bedacht, und zwar lautet die Stelle, Stadtrechn. 1489/90 Rubr. Fur geschencke S. 3: Sabato Thymotei (1489 Aug. 22).
- 15
- 20 *Item dem alden priori ad sanctum Pawlum ad prandium baccalareatus geschanckt 1 stobichen Maluesier, 1 stobichen Passewner zu VIII alden gr. und 1 stobichen Reynisch wein zu II gr., facit xxxviii gr. VI ð. silbernn. Licentiat wurde Adam 1494: Stat. antiqua fol. 42 Anno eodem [1494] die penultima mensis junii ad licenciam in theologia admissi et recepti sunt — pater Adam ordinis predicatorum —.*

Devotis in Christo nobilibusque deo sacratis virginibus et sororibus canonissis
25 Anne de Czorbe priorisse, Anne Schillings sacristane, Margarethe Stromann cellarie ceterisque omnibus et singulis presentibus et futuris monasterii ordinis canonicorum regularium sancti Augustini in Lusenitz Nuemburgensis diocesis confrater Bernhardus de Norimberga ordinis fratrum predicatorum conventus Lypzensis prior immeritus salutem —. Vestre sincere devotionis affectus, quem nedum fratrum nostrorum grata jamdudum rela-
30 tione verum etiam certa rei experientia ad nostrum ordinem et conventum vos habere cognovi, exigentia condigna requirit beneficia nobis collata a clementia nostri piissimi redemptoris vobis *gratiosius^{a)} impartiri. Quocirca vobis — omnium missarum orationum predicationum vigiliarum abstinentiarum jejuniorum devotionum studiorum laborum ceterorumque bonorum operum — participationem concedo tenore presentium, recipiens et ad-
35 mittens vos omnes — ad universa beneficia atque pia suffragia ejusdem nostri conventus in vita pariter et in morte. Volo insuper et ordino ut anime vestre propter decessus vestros fratrum nostrorum orationibus in capitulo devotius *recommendentur^{b)}, cum obitus vestri nobis fuerint nunciati —. In cujus concessionis testimonium mei prioratus officii sigillum presentibus duxi appendendum. Datum anno domini M. cccc. xci. die mensis
40 augusti prima.

256. a) gratiosus. b) retro mendentur.